tum inuenturum quod cōmode obtinere posset. Pompeius nulla contentio
ne facta: sed ueluti uictus: suspicionem de se maiorem prebuit. quod egre
in cesarem sentiret. Misit deinde pro legionibus quas cesari cōmodauerat:
eas repetens, rebus parthicis simulatis. Sed cesar licet nosset quibus ex
causis milites repeterentur: ipsos remisit grate ampleq; donatos. Inter hec
cum pompeius apud urbem neapolim cum uite periculo elanguiss&
conualuit, hinc praxagore suasu eius urbis ciues: sacra pro ipsius salu
te duxerunt. Quos cum imitarentur finitimi: et deinde cum res hec
sic italiam omnem ambiret: queq; magna et queq; parua ciuitas: dies
quamplures festos egit. Preterea undecunq; sic obuiam sibi proditum
est, ut pro numero nullus satis eēt locus. sed uie, opida, portus omnes
passim uictimis ac libaminibus repleri. Multi preterea sertis ornati sub
lampadibus eum suscipere floresq; in eum iacere gradientemq; usque
comitari. Unde ipsius cultum profectumq; pulcherrimū ac splendidissi
mum spectaculum ēē. Quod inter alias belli causas nō minimam fuisse
ferunt. Subijt enim fastus illi: exuperans cum magnitudine simul
letitie omnem agendorum rationem. Preterea felicitates gestaq; semp
tuto in loco ponens obq; id desinens cautior esse: in impuram audaciam
contemptumq; incidit de cesaris uiribus. quod non armis non aliquo indu
strio opere sibi opus foret: sed multo facilius cesarem esset absumpturus:
quam antea eum sublimauiss&. His addebatur appii reditus qui legio
nes cesari concessas pompeio e gallia adduxerat. Is enim maxime res
gallicas cesaris extenuauit: & in cesarem maledicacem exercuit linguā.
ipsumq; pompeium dicebat: suarum se uirium nominisq; ignarum ēē:
qui aliis armis in cesarem muniretur. quem eisdem cesaris copiis perdi
turus erat: cum primū inspiceretur: tantum ēē odium aiebat: quod
milites in cesarem seruabant: tantumq; esse desiderium quod aduersus
pompeium tenerent. His ergo pompeius elatus est: ac huiuscemodi conten
tus ob ingentem fiduciam ita plenior factus est ut eos qui bellum
extimuissent: eluderet. Cumq; dicerent quidam ad inuasionē cesaris
se non uidere quibus uiribus se pompeius tueatur: subridens uultuq;
profusior eos haud ea cure sibi fore admonuit. Cum enim inquit
terram italie pede pulsabo: scatebunt pedestres equestresq; copie. Sed
cesar ualidius iam iam rebus imminebat. qui cum non dum longe
italiam attigisset: sedulo ad urbem destinabat milites: ut comitiis ad
essent. Multos hic tum ciues pecuniis sibi allexit. multos etiam pri
morū munere placauit. Inter quos paulus consul ob mille & quin



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
HEIDELBERG

BIBLIOTECA APOSTOLICA VATICANA
© Biblioteca Apostolica Vaticana
http://digi.ub.uni-heidelberg.de/diglit/bav_pal_lat_919/0046

MANFRED
LAUTENSCHLÄGER
STIFTUNG